

Q. F. F. Q. S.

FLORA
CAPENSIS,

QUAM

EX CONSENSU EXPERIENT. FACULT. MED.
IN ILLUSTR. LYCÆO UPSALIENSI,

SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI ET EXPERIENTISSIMI

DN. DOCT. CAROLI
LINNÆI,

EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI,
S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRI,

MED. ET BOTAN. PROFESSORIS REG. ET ORD.
ACADEMIÆ UPSALIENS. STOCKHOLM. PETROPOL.

BEROL. IMPER. LONDINENS. MONSPEL.
TOLOS. FLORENT. SOCH,

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT

CAROLUS HENR. WÄNNMAN,
UPSALIENSIS.

IN AUDIT. CAROL. MAJOR. DIE XXX. MAJI,
ANNI MDCCLIX.

H. A. M. S.

UPSALIÆ.

S:Æ R:Æ MAJ:TIS
MAGNÆ FIDEI VIRO,
COMMERCIORUM inter Stockholmenfes
CONSULI,
NOBILISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO
DOMINO
GUSTAVO
KIERRMAN,
PATRONO FAVENTISSIMO.

Favorem Tuum, VIR Consultissime, longe majorem sum expertus, quam ut huic prædicando mea qualiscunque sufficiat svada. Accipias igitur, humillimus oro, tenuem hanc dissertationem Botanicam, ceu tesseram gratissimi pectoris, meque in posterum solitæ Tuæ benignitati habeas commendatum! Pro perenni Tuo TUORUMQUE flore vota ad DEum optimum semper fundam calidissima, dum vixero permanfurus

NOBILISSIMI atque CONSULTISSIMI
NOMINIS TUI

cultor humillimus,
C. H. WÄNNMAN.

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRO,
Societatis Chirurgicæ PRÆSIDI, Reg. Acad. Scient. Socio,
Nobilissimo atque Experientissimo VIRO,

D:no HERMANNO SCHÜTZER.

VIRIS Amplissimis atque Experientissimis,
Societatis Chirurgicæ ADSESSORIBUS,

D:no CAROLO FRID. RIBE,

Ad Aulam Regiam CHIRURGO, Reg. Acad. Scient. Socio,

D:no O L A V O A C R E L,

PROFESSORI Celeberrimo, & ad Nosocomium Stock-
holmenſe CHIRURGO Supremo, Acad. R. Sc.

& Acad. R. CHIR. Paris. Socio.

VIRIS Experientissimis

D:no CHRIST. SOEM,

Civit. Holm. CHIRURGO

D:no MAT. RAMSTRÖM,

Ad Legionem Prætorianam CHIRURGO,

D:no J. THEOPH. NATHORST,

Civit. Holm. Feliciss. CHIRURGO, Evergetæ Optimo.

D:no MAGNO HEDIN,

Civit. Holm. CHIRURGO,

D:no CHRIST. FRID. PHEIFFER,

Ad Leg. Hamilton. dict. CHIRURGO,

D:no FRIDERICO KREY,

Civit. Holm. CHIRURGO,

Nec non.

RELIQVIS absentibus Societatis Chirurgicæ MEMBRIS
longe Spectatissimis.

Specimen hoc academicum consecrare voluit, debuit

CAROLUS HENR. WÄNNMAN.

Signor mio ,

Fratello Carissimo.

Essendo fuor di bisogno di certificarla dell'amor mio verso di Lei come fratello suo germano, mi basta la presente occasione per testificarle qualche segno di congratulazione all' opera sua ed agli honori, che Le pagheranno tutti quei, che stimano l'erudizione e la Virtù al pari delle qualità più lodèvoli e più belle. Prosperi V. S. omai in ogn' impressa sua , e come V. S. si è data à sciarare le Malattie de' Mortali, pregho il santo Numè, che l'arte sua sii di menomissimo bisogno per Lei stessa, ond' io havrò lungamente da dirmi

Di V. S.

*fratello fedele & servo
ubbidientissimo.*

GIOVANNI VÄNNMAN.



D. D.

§. 1.



semper aliquid novi ex Africa provenire, proverbium tritissimum erat veteribus Romanis, quod ad hunc usque diem satis comprobatur. Nulla enim usquam terra tot tamque insolitis, atq; hæc, scætet naturæ miraculis. Hic in sylvis rudentes inveniuntur *Leones*, tremendæ velocitatis *Tigrides*, maximi *Elephantes* & *Rhinocerototes* ac *Hippopotami*, innumeri *Canes aurei*, nec non *Ichneumones*, *Zibethæ*, *Hyltrices cristatæ*, *Lepores capenses*, *Gazellæ*, *Zibræ*, *Najæ*, *Torpedines*, *Strutiones*, *Ardeæ pavoninæ*, *Trochili*; ad littora *Crocodyli*; in mari *Squali*, *Chimeræ*; quin & homines ipsi heic aliam prorsus habent formam externam. Sic nigri *Mauri* ingentes oculos, crassiora labia, depressum nasum, pendulas mammas, singularem pudoris sinum ostentant, ut taceam *Troglodytas*, *Satyros*, *Sylvanos*, *Sphinxes*, *Dianas*, *Hæmadryades*, *Cymæolgos* & quæ sunt reliqua. Nec plan-

tæ minus & arbores heic sunt prodigiosæ; sed dolendum, quod tam pauci Naturæ scrutatores hanc terram penetrare potuerint, & maxima hæc naturæ miracula detegere.

§. II.

CAPUT BONÆ SPEI est promontorium maxime australe prodigiosæ hujus Africæ, quo se quasi terminavit natura & sua concentravit prodigia. Situm est in *Casseria* juxta *Monomotapam* sub gradu 34 latitudinis australis & 15. gradu *longitudinis*, adeoque linea fere recta ab Upsalia super Romanam versus meridiem, eandemque circiter elevationem poli habet ab altera parte, atque Barbaria aut Palæstina ab hac parte æquatoris.

CLIMA heic est temperatissimum & gratissimum, adeo ut heic progerminent atque crescant allatæ plantæ tam ex Asia, quam Europa: heic enim feruntur:

ALLIUM <i>sativ.</i>	CICER <i>sativum.</i>	RIBES <i>rubrum.</i>
CEPA <i>vulgaris.</i>	PISUM <i>bortense.</i>	JUNIPERUS <i>frutic.</i>
APIUM <i>bortense.</i>	VICIA <i>fab.</i>	FRAGARIA <i>vesca.</i>
ASPARAG. <i>bort.</i>	ANETH. <i>fanicul.</i>	ARUNDO <i>arenar.</i>
BETA <i>rubra.</i>	CICHOR. <i>Endivia.</i>	LAURUS <i>camphor.</i>
BRASSICA <i>olerac.</i>	HORDEUM -	HIBISCUS <i>mutabil.</i>
CANNABIS <i>sativ</i>	PINUS <i>Abies.</i>	BROMELIA <i>Anan.</i>
CUCUMIS <i>vulg.</i>	CORYLUS <i>Avellar.</i>	SACCHARUM -
SCANDIX <i>Cerefol.</i>		ZEÆ <i>Mays.</i>
BATATAS -	CUCURB. <i>lagenar.</i>	

§. III.

EVELPIDIUM, urbs Cap. bonæ spei (Bonne Esperance), sita est in extremo promontorio versus occasum, ad litus maris Æthiopici, portu, minus tuto, atque ab oriente legitur tribus altissimis pariter ac notissimis Montibus: *Taf-felberg*, *Teüffelberg*, & *Lövenberg*; in horum summitatibus non raro *nix* cadit, quamvis aër satis sit calidus circa urbem, quæ vehementissimis ventis & turbonibus est exposita. Incolunt *Hollandi* terram hanc, quæ, ut narrant, ad octo usque miliaria tuto peragratur; & qui indigenæ

Hot:

Hottentotti, quamvis informes sint & pecuinam agant vitam, mites tamen sunt atque innocui.

Europæi in Orientali India mercaturam exercentes promontorium hoc transeunt, ubi rapidissimis plerumque expositi sunt tempestatibus, terramque haud procul esse cognoscunt ex *Alga* (Trompetgräs) natante & *Procellariis capensibus*, quæ heic ad naves sese ostendunt.

§. IV.

PLANTAS adeo singulares nulla unquam terra, hucusque peragrata, gignit, forma & statura ab aliis omnibus diversas, suoque solo proprias, ac extrema Africa; quod me commovit, ut in opusculo hoc eas imprimis recensere plantas, quæ Capenses ex hoc promontorio dictæ sunt; non tamen *Floram Capensem* omnibus numeris perfectam promitto, quod omnium Botanicorum vires superaret, ex terra adeo remota & a tam paucis calcata naturæ consultis; sed eas tantum tradere constitui plantas, de quibus Botanici certam & quodammodo sufficientem cognitionem sunt adepti, idque eum in finem, ut alios extimulem, quibus felicior contingit occasio ad ceteras in hac regione diligenter examinandas atque ad sua genera referendas, nec non eas differentis specificis determinandas, quum vix dimidium persequi valeam earum numerum, quæ a Botanicis imperfecte expositæ sunt; quod dum fecero, non possum non admonere, alia multa, eaque excellentissima naturæ opera, a curioso rerum naturalium scrutatore facile in hoc orbis terraquei angulo perquiri posse, qualia e. gr. essent *Insecta*. *Insecta* Europæa hodie plurima pulcherrime detecta & doctis exposita sunt, quæ vero *Insecta* intra tropicos nata, nec pauca, curiosorum jam ornant Thecas; sed de insectis orbis australioris, seu extra Tropicum Capricorni habitantibus, asserere possumus, quod pleraque etiamnum plane incognita lateant naturæ curiosis. Quum vero *insecta* pleraque ob plantas creata sint,

inque siliis sua plerumque habeant hospitia, facile colliguntur, plantis maximè admirandis, insecta quoque maximè singularia progenerari, atque adeo insecta capensia præcipua fore hariolari licet. Confirmat hoc *Petiverus* paucissimis ex Promontorio Bonæ spei adlatis insectis; vide ejus *Gazophyl. tab. 12. fig. 1. 2. & tab. 13. fig. 7.*

§. V.

Plantæ Capenses diutissime Botanicorum Industriæ sese subduxerunt; inter primas plantas hic detectas nominandæ sunt, quas Justus HEURNIUS, Pastor & Medicus in India orientali, misit ad fratrem Ottonem Heurnium, Medic. Professore Lugduno-Batavum. Fuerunt verohæ: CANNA, KIGGELARIA *africana*, HÆMANTHUS *coccineus*, COTYLEDON *orbiculata*, STAPELIA *variegata*, ALOE *Uvaria*, OXALIDES duæ, quas STAPELIUS in *Theophrastum* 1644. p. 333. edidit & delineavit.

HERMANNUS (*Paulus*), postea Professor Botanicæ Leidenfis, primus fuit Botanicus, qui propriis oculis Capitis bonæ spei plantas visiteret, sub itinere in Zeylonam insulam. Collegit hic octingentas circiter plantas, eo tempore plane novas, quarum varia semina & radices in Europam transmisit; quo factum, ut his naturæ miraculis jam tum superbire inciperent horti in Hollandia curioforum. Ejusdem messis fuere etiam paucae illæ, quas *Ib. Bartholinus* in actis Hassniensibus *Vol. II. p. 57. & 347* memorat. Non vero paucas capenses plantas Hermannus Horto academico *Leidensi* intulit, quod satis superque constat ex horto ejus Lugduno batavo, 1687 edito. Exstat præterea egregii Hermanni brevis *Catalogus Plantarum africanarum*, a Cl. *Burmanno* insertus appendicis Thessauri Zeylanici.

OLDENLANDUS (*Henric Bernb.*), natione Danus, secundus fuit Botanicus, qui ad Caput bonæ spei accessit &

& plantas ibi conquisivit, cujus herbarium jam possidet Cl. Burmannus, Prof. Amstelodamensis.

HARTOGIUS (*Johan*), Medicus, Hortulanus academici Leidensis filius, tertius fuit, & qui hoc seculo, Caput bonæ spei tanquam Botanicus visitavit; cujus *Catalogus*, cum præcedentis, itidem appendicem ad Burmanni Zeylonensia intravit.

BURMANNUS (*Johan*) Professor Botanicus Amstelodamensis hodie celeberrimus, ipse quidem non adiit Caput bonæ spei, sed inter Botánicos tamen hodiernos is est, qui plurimas foveat plantas capenses, & facile omnes possidet, quas Hermannus, Oldenlandus, & Hartogius ibi investigarunt & inde attulerunt. Vir amplissimus in libro *Decades plantarum Africanarum*, nitidissimas plurimum rariorum plantarum capensium icones suppeditavit, quibus non mediocrem copiam vidi, missam a viro nunquam satis laudando ad N. Dom. Præsidem. Horti Hollandici floruerunt imprimis numerosis plantis capensibus, cum Hollandis proximus ad propriam Provinciam sit accessus; qui igitur plantarum capensium studiosus est, eos imprimis auctores evolvere debet, quibus ad eosdem hortos patuit aditus, quales sunt: KIGGELARII *hortus Beaumontianus*. COMMELINORUM *horti Amstelædamenses, præludia, plantæ variores*. BREYNI *Centuria, & Prodrumi*. D. PRÆSIDIS *hortus Cliffortianus*. BOERHAVII *hortus Lugduno-Batavus*. SEBÆ *Thesaurus*. Præter hos multa occurrunt in PLUKENETII *Phytographia*, PETIVERII *Gazaphylacio*, RAJI *historiæ plantarum* tomo tertio, VOLCKAMERI *Flora Norimbergensi*, DILLENII *horto Eltbamensi*, MILLERI *dictionary*, & quæ sunt plura.

Africanæ plantæ, imprimis autem capenses, faciem habent asperam, duriusculam & obscuram, ut Botanici sæpe peritissimi in hortis Botanophilorum primo intuitu

dignoscant africanas plantas ab aliis, quod verbis definire difficilius est, quam ipso usu addiscere. Unde etiam *Ramus* in præfatione ad supplementum p. VII. notandum, inquit, plures fruticum & suffruticum species capenses, ramulis & surculis, foliis adeo crebris & confertis, ut eos penitus contegant & occultent, undique cinctis, circa hoc promontorium reperiri, quam in toto præterea, quod hæcenus noverim, terrarum orbe. Et vere quidem statuit plures hæc esse frutices, quam in alia quapiam regione nobis nota. Hæc enim caule perennant etiam illa genera, quæ alibi vix ac ne vix quidem fruticescunt, ut *Schœnus*, *Scabiosa*, *Echium*, *Campanula*, *Asclepias*, *Conium*, *Bubon*, *Linum*, *Zygophyllum*, *Plomis*, *Geranium*, *Trifolium*, *Atractylis*, *Cacalia*, *Tanacetuum*, *Gnaphalium*, *Aster*, *Lobelia*.

Genera plantarum promontorio bonæ spei propria & in aliis terris nondum observata, tot omnino sunt, ut dubitem, an cum hæc ulla possit conferri terra:

Anthospermum.	Eranthemum.	Mesembryanthem.
Arctopus.	Exacum.	Melanthus.
Antholyza.	Galenia.	Osteospermum.
Brunia.	Gethyllis.	Protea.
Barreria.	Gnidium.	Penæa.
Brabejum.	Gortera.	Phylca.
Borbontia.	Hebenstretia.	Roëlla.
Cliffortia.	Hermannia.	Selago.
Clutia.	Hæmanthus.	Stapelia.
Corymbium.	Lachnea.	Seriphium.
Chironia.	Limeum.	Tarchonanthus.
Cunonia.	Leucadendrum.	
Diosma.	Myrsine.	

§. VI.

Europæas plantas, aut cum Europeis communes, rarissimas ad Caput bonæ spei deprehendas. Plures tamen

men in posterum per frumentorum & vegetabilium hortensium plantationem eo forte introduci poterunt. Hodie notæ sunt: *Anagallis arvensis*, *Antirrhinum spurium*, *Artemisia pontica*, *Artemisia caerulea*, *Rumex vesicaria*, *Ruta graveolens*.

SUCCULENTÆ heic maximo sunt numero, quæ pleræque crescunt in rejecta ad litora arena; aliæ autem in montibus, aliæ in in campis argillaceis prodeunt, uti *Mesembryanthema*, *Aloes africana*, *Antherica*, *Tetragonia*, *Portulacæ*, *Crassulæ*, *Cotyledones*, *Cacaliæ*, *Gladioli*, *Ixiæ*, *Oxalides*.

GENERA nonnulla plantarum heic vastissima sunt & singularia, ut

ERICÆ, quæ corollis florum & altitudine caulis ab aliis mirum in modum differunt.

GERANIA *capensis* omnia a congeneribus suis Europæis maxime differunt: *Perianthio* monophyllo, *Corolla* inæquali, *Staminibus* irregularibus, *Seminibus* arista pilosa, tandem pleræquæ sunt fruticosa *Foliis*que alternis.

LEUCADENDRA mire speciosa, capitulis prodigiosis, intuentium oculos in se alliciunt.

ALOE, in primis quæ dicitur *perfoliata*, modis adeo innumeris variat, ut qui ad florem non attendit, ad larvam tantum respiciens, facile crederet se tot videre species, quot sunt varietates; quas itaque enumerare certarunt Belgii Botanici.

GNAPHALIA, quæ plerumque heic frutescunt, speciosos obtinent calyces & tandem in *Xeranthemata* abeunt elegantissima.

LOBELIÆ, quæ heic tam diversimode variantur.

ARCTOTIDES, quæ quasi per gradus intrant CALENDULAS.

OTHONNÆ & SENEACIONES, quæ inter se quasi permutari videntur.

ASPALATHI, qui Folijs suis tenuibus fasciculatis & Capitibus magnis ab affinibus discrepant.

MESEMBRYANTHEMATA ipsa varietate sese ja-
ctant, ut *Hermannias* cum *Borbonis*, *Santolinis*, *Chry-
socomis*, *Oxalidibus*, *Zygophyllis*, *Ixiis*, *Diosmatibus*, *Bru-
niis*, *Passeriniis*, & id genus aliis taceam.

§. VII.

Mirabilem variorum capensium vegetabilium formam
contemplantes, parem in aliis plantis notis non reperient,

CACALIÆ heic tam dispares sunt aliis plantis com-
positis, ut vix ulla sit similitudo, ita ut *papillaris*, *trunca-
tis* petiolis obvallata, nulli alii adsimilari queat.

STAPELIÆ ab aliis Contortis, caulibus nudis & a-
culeatis, floribusque admirandis, longe differunt.

EUPHORBIA *Caput medusæ*, *Stapeliæ*, quam suo
generi, est similior.

ATRACTYLIS *ciliaris*, foliis imbricatis bifariam ci-
liatis spinaque patente exasperatis, caulem undique tege-
ntibus, fere ut in *Rœlla*, in Regno vegetabili, qua noto,
summum naturæ miraculum dici debet.

PHLOMIS *Leonurus* spectolissimis floribus condeco-
rata, sceptrum Floræ non immerito dicta fuit.

CRASSULA *coccinea* floribus fasciculatis, rubro suo
colore pulcherrimis, aliis vix cedis ullis.

CRASSULA *arborescens portlandicæ facie*. *Dillen:
elth. t. 101.* vulgatissima in Europæis hybernaculis, huc-
usque ad genus proprium referri non potuit, cum nullibi,
quod noverim, in Europa floruerit.

ACROSTICHUM *pectinatum* gramina potius, quam
Filices suas, refert.

ARCTOPUS *ecbinatus* tam mirabilis qua folia & stigi-
mata, ut nemo mortalium crederet ejus affinitatem cum
umbellatis.

POLYGALA *Heisteria* ad *Hebenstretiam* propius
accedit, quam ad suum genus. FU-

FUMARIA *vesicaria* fructu suo tam difformis est suis Fumarils, ut primo intuitu nihil dissimilius; inflatur enim ille prout in COLUTEA *fruticosa* etiam capensi, vel ut calyx in *Hibisco Trionio*, *Erica phylloidea*, *Hermannii nonnullis*. GORTERA calyces maturos non vero semina deponit, & mirando plane modo semina per calyces & receptacula germinant. Nec minus singulares sunt FERRARIA petalis undulatis, CYANELLA petal reflexis, HYACINTHUS *caudatus* corollis caudatis, ORNITHOGALUM *canadense* dimidiatis, HÆMANTHUS floribus congestis, ASPARAGUS *refractus* ramis refractis, ALOE *Uvaria* floribus imbricatis, ANTHERICUM *aloides* foliis aloes, SCHOENUS *capensis* culmis filiformibus tenacissimis, MELIANTHUS floribus nectariferis.

SERIPHIA inter compositos singulares profecto sunt floribus simplicissimis, quemadmodum & CORYMBIUM.

CLIFFORTIÆ similliores Borboniis, quam cognatis suis Mercurialibus, & BORBONIÆ a diadelphis diversissimæ foliis Rusci instar simplicibus & spinosis.

MESEMBRYANTHIMUM *ringens* & *linguiforme* similius est aloes, & *barbatum* magis refert *Cactum*, quam suos congeneres.

LEUCADENDRA capitulis suis adeo sunt speciosa, ut in sui admirationem rapiant spectatores.

PROTEÆ heic nitent versus solem, adeo ut potius crederes folia eorum esse mere argentea, quam herbacea.

ALOE adeo sunt singulari structura, ut portenta habeantur in nostris hybernaculis. Præterea singulares sunt flores *Hemantbi*, *Ericæ*, *Hermannie*, & capitula plumosa *Leucadendri*, *Phyllicis*, *Seriphii*;

Plurimæ species quæ heic sunt ex *Ericis*, *Diosmatis*, *Aloebus*, *Mesembryanthemis*, *Hermannii*, *Geraniis*, *Gnaphaliis*, *Arctotibus*, *Leucadendris*, *Ixiis*, *Gla-*

diolis, Phyllicis, Crassulis, tam prope ad se invicem accedunt, ut vix limites hic invenias; & nisi omnia me fallunt, plantæ heic se imprimis commiscunt & producunt hybridas, ut nullibi facilius esset inquirere in ejusmodi generationes plantarum, quam in hoc extremo terrarum angulo. Observatu dignissimum judico, quod *Calendule, Arctotides & Gortera*, in hoc maxime loco, ferant flores radio subtus cæruleo, nec alibi facile terrarum flores radiati subtus cærulei occurrunt.

§. VIII.

Plantæ Capenses egregie vigent in nostris hortis, ut vix egeant hyberno tempore Caldario, sed sustineant frigus inter octavum gradum frigoris & caloris; adeoque plantæ perennes facile, foliis modo tectæ, persistunt. Quum æstas prope Caput bonæ spei sit sub nostra bruma, florescunt etiam tum potissimum plantæ capenses in hortis nostris, ut viderunt Belgæ sæpe Hæmanthos rutilante flore, sub ipsa bruma in hortis suis, nivem penetrasse. N. D. Præses in horto Clifortiano inclinante bruma omnes illas plantas capenses, quæ familiam suam floribus non prodiderant, caldariis intulit, quo facto egregie luxuriabant omnes, mox flores ostentabant, quos aliud tempus anni non potuerat elicere. At vero mox exportari in frigidarium debebant, alioquin crevissent vehementius, atque inde succubuissent. Annæ herbæ capenses possunt omnino vigere apud nos sub aëre aperto.

§. IX.

FLORAM CAPENSEM heic exhibeo, qua determinatas species capensium, nominibus *Trivialibus ex Speciebus plantarum*; reliquis in lucem dies alius extrahat ac longioris ævi diligentia.

FLORA CAPENSIS.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

- Canna *indica.*
 Amomum *Zingiber.*
Gr. paradisi.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

- Olea *capensis.*
 Eranthemum *capense.*
 Salvia *afr. carulea.*
afr. lutea.
Æthiopsis.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

- Antholyza *ringens.*
æthiopica.
Cunonia.
Meriana.
 Gladiolus *spicatus.*
angustus.
ramosus.
capitatus.
alopeкуроoides.
 Ixia *alba.*
bulbifera.
corymbosa.
africana.
 Wachendorfia *thyrsiflora.*
paniculata.
villosa.

- Commelina *africana.*
 Schœnus *capensis.*
 Cyperus *Hajpan.*
minimus.
 Scirpus *capillaris.*

DIGYNIA.

- Cynofurus *egyptius.*

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

- Leucadendr. *racemosum.*
proteoides.
cancellatum.
Lepidocarpodendr.
repens.
acaulon.
Scolymocephalus.
Cinaroides.
cucullatum.
Hypophyllocarp.
Conocarpodendr.
Cyanoides.
Serraria.
 Protea *argentea.*
fulca.
 Cephalanthus *orientalis.*
 Scabiosa *africana.*
 Spermacocœ *verticillata.*
 Penœa *Sarcocolla.*
mucronata.
Squarrofa.

Blæria *ericoides.*
Exacum *sessile.*
Brabejum *stellatifolium.*

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

Borago *africana.*
Echium *fruticosum.*
levigatum
Anagallis *arvensis.*

capensis.
Roella *ciliaris.*
reticulata.

Datura *Motel*
Solanum *guineense.*
tomentosum.
sodomeum.
Melongena.

Chironia *frutescens.*
carisphyloides.
linoides.
baccifera.
Lycium *afrum.*
barbarum.

Sideroxylon *inermis.*
Rhamnus *Spina Christi.*
Phyllica *ericoides.*
dioica.

radiata.
plumosa.
buxifolia.
Ceanothus *africanus.*
Myrsine *africana.*
Celastrus *buxifolius.*
pyracanthus.

Hartogia *capensis.*
Diosma *oppositifolia.*

crenata.
hirsuta.
ciliata.
rubra.

ericoides.
lanceolata.
linifolia.
pulchella.

Brunia *nodiflora.*
lanuginosa.
ciliata.

abrotanoides.
Levisanus.
uniflora.
Thesium *capitatum.*
juncum.

DIGYNIA.

Periploca *africana.*
tenuifolia.
Asclepias *undulata.*
fruticosa.

Stapelia *variegata.*
hirsuta.
Bupleurum *villosum.*
difforme.

Conium *africanum.*
Bubon *Galbanum.*
gummi ferum.

TRIGYNIA.

Rhus *tomentosum.*
lucidum.
angustifolium.

Cassine

Cassine	<i>Peragua.</i>	Cyanella	<i>capensis.</i>
Pharnacium	<i>Mollugo.</i>	Asparagus	<i>retrofractus.</i>
PENTAGYNIA.			<i>capensis.</i>
Barreria	<i>capensis.</i>	Hyacinthus	<i>orientalis.</i>
Statice	<i>sinuata.</i>		<i>caudatus.</i>
Linum	<i>africanum.</i>		<i>orboides.</i>
	<i>quadrifolium.</i>	Alethris	<i>capensis.</i>
Drosera	<i>capensis.</i>	Aloe	<i>perfoliata.</i>
Crassula	<i>coccinea.</i>		<i>humilis.</i>
	<i>perfoliata.</i>		<i>vera.</i>
	<i>tetragona.</i>		<i>variegata.</i>
	<i>sultrata.</i>		<i>dislicba.</i>
	<i>punctata.</i>		<i>plicatilis.</i>
	<i>subulata.</i>		<i>hyacinthoides.</i>
	<i>ciliata.</i>		<i>spiralis.</i>
	<i>nudicaulis.</i>		<i>retusa.</i>
	<i>orbiculata.</i>		<i>viscosa.</i>
	<i>pellucida.</i>		<i>pumila.</i>
	<i>arborea?</i>		<i>Uvaria.</i>

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

Crinum	<i>africanum.</i>
Amaryllis	<i>longifolia.</i>
	<i>guttata.</i>
Allium	<i>subbirsutum.</i>
Fritillaria	<i>regia.</i>
Tulipa	<i>breyriana.</i>
Ornithogalum	<i>capense.</i>
	<i>canadense.</i>
Asphodelus	<i>capensis.</i>
Anthericum	<i>frutescens.</i>
	<i>aloides.</i>
	<i>asphodeloides.</i>
	<i>annuum.</i>

Hæmanthus

coccineus.
pumiceus.

DIGYNIA.

Atraphaxis	<i>undulata.</i>
Oryza	<i>sativa.</i>

TRIGYNIA.

Rumex	<i>vesicarius.</i>
Medeola	<i>asparagoides.</i>

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

Trientalis	<i>capensis.</i>
Limeum	<i>capense.</i>

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

B 3

Erica

Erica

castra.
ethiopica.
mauritanica.
triflora.
curviflora.
bruniades.
capitata.
tenuifolia.
pilulifera.
physodes.
empetrifolia.
coccinea.
corifolia.
parviflora.
labietina.
gnaphaloides.
plukenetii.
squarrosa.
pinifolia.
tomentosa.
oppositifolia.
filiformis.
ciliata.
sericea.
levigata.
uniflora.
eriocephala.
conglomerata.

Daphne

Gnidia

Passerina

Lachnæa

DIGYNIA.

Galenia

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

Sophora

africana.
genistoides.
biflora.

Guajacum

Ruta

Zygophyllum

afrum.
graveolens.
Morgsana.
sessilifolium.
fulvum.
coccineum.
spinosum.

DIGYNIA.

Cunonia.

Royena

stipularis.
lucida.
glabra.
birjuta.

PENTAGYNIA.

Cotyledon

Oxalis

orbiculata.
benjipberica.
purpurea.
flava.
incarnata.
Pes capre.
versicolor.
birta.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

Gethyllis

Portulaca

TRIGYNIA.

Euphorbia

afr.
Anacampseros.
mammillaris.
cereiifolia.
officinalis.
Cap. medusee.
viminalis.
mauritanica.
tuberosa.

ICOSANDRIA.

PENTAGYNIA.

Tetragonla. *fruticosa.*
herbacea.
 Mesembryanth. *crystallinum.*
geniculiflorum.
noctiflorum.
umbellatum.
calamiforme.
Tripolium.
bellidiflorum.
deltoides.
barbatum.
hispidum.
villosum.
uncinatum.
scabrum.
spinosum.
tuberosum.
tenuifolium.
stipulaceum.
crassifolium.
falcatum.
acinaciforme.
bicolorum.
serratum.
micans.
splendens.
rostratum.
veruculatum.
glaucum.
loreum.
tortuosum.
ringens.

dolabriforme.
difforme.
linguiforme.
pugioniforme.
expansum.
glomeratum.
filamentosum.
forficatum.
edule.
aureum.
paniculatum.

Alzoon

POLYGYNIA.

Rubus *fruticosus.*

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

Ochna *Japota-pita.*

POLYGYNIA.

Annona *africana.*
 Atragene *capensis.*
 Adonis *capensis.*

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

Marrubium *africanum.*
 Horminum *foliosum.*
 Phlomis *Leonurus.*
nepetifolia.

ANGIOSPERMIA.

Antirrhinum *spurium.*
 Halleria *lucida.*
 Selago *corymbosa.*
spuria.
prunastri.
dubia.

Hebenstretia *dentata.*
integrifolia.
 Sibthorpia *africana.*
 Orobanche *ramosa.*
 Melianthus *major.*
minor.

TETRADYNAMIA.

SILIQVOSA.

Cardamine *africana.*
 Hesperis *africana.*
 Arabis *capensis.*

MONADELPHIA.

PENTANDRIA.

Hermannia *althæifolia.*
grossularifolia.
alnifolia.
hyssopifolia.
lavendulifolia.
trifoliata.
pinnata.

DECANDRIA.

Geranium *triste.*
fulgidum.
inquinans.
papilionaceum.
myrrbifolium.
rapaceum.
pinnatum.
incarnatum.
cucullatum.
gibbosum.
carnosum.
peltatum.

acetosum.
zonale.
vitifolium.
capitulatum.
alchimilloides.
odoratissimum.
grossularioides.
auritum.
althæoides.
betulinum.
scabrum.
glaucophyllum.

POLYANDRIA.

Malva *capensis.*
scariosa.
 Hibiscus *Trionum.*

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

Fumaria *vesicaria.*

OCTANDRIA.

Polygala *bracteolata.*
scabra.
myrtifolia.
spinosa.
Heisteria.

DECANDRIA.

Borbonia *trinervia.*
lanceolata.
cordata.
tomentosa.
crenata.
 Aspalathus *astroites.*
chenopoda.
ibymifolia.

	<i>ericifolia.</i>
	<i>verrucosa.</i>
	<i>retrofl.</i>
	<i>uniflora.</i>
	<i>araneosa.</i>
	<i>cretica.</i>
	<i>tridentata.</i>
	<i>argentea.</i>
	<i>callosa.</i>
Galega	<i>officinalis.</i>
Crotalaria	<i>villosa.</i>
Colutea	<i>frutescens.</i>
	<i>herbacea.</i>
Phaseolus	<i>inamœnus.</i>
Glycine	<i>bituminosa.</i>
Cytiscus	<i>æthiopicus.</i>
Ulex	<i>capensis.</i>
Pforalea	<i>pinnata.</i>
	<i>aculeata.</i>
	<i>tenuifolia.</i>
Trifolium	<i>Mel. indic.</i>
	<i>fruticans.</i>
Lotus	<i>æthiopicus.</i>
	<i>prostratus.</i>

SYNGENESIA.

POLGAM. ÆQUALIS.	
Attractylis	<i>ciliaris.</i>
	<i>fruticosa.</i>
Stœbe	<i>æthiopica.</i>
Caecalia	<i>papillaris.</i>
	<i>Anteuphorbium.</i>
	<i>Ficoidea.</i>
Stæhelina	<i>gnaphalodes.</i>
	<i>centauroides.</i>

Chryfocoma	<i>Comaurea.</i>
	<i>cernua.</i>
	<i>ciliata.</i>
Tarchonanth.	<i>campboratus.</i>
Santolina	<i>crenata.</i>
	<i>annua.</i>
	<i>dentata.</i>
	<i>trifurcata.</i>
	<i>crithmifolia.</i>
POLYGAM. SUPERFLUA.	
Tanacetum	<i>crithmifolium.</i>
	<i>suffruticosum.</i>
	<i>fruticosum.</i>
Artemisia	<i>æthiopica.</i>
	<i>pontica.</i>
	<i>cærulescens.</i>
Gnaphalium	<i>fætidum.</i>
	<i>grandiflorum.</i>
	<i>helianthemif.</i>
	<i>undulatum.</i>
	<i>niveum.</i>
	<i>muricatum.</i>
	<i>orientale.</i>
	<i>teretifolium.</i>
	<i>petiolatum.</i>
	<i>dentatum.</i>
	<i>rutilans.</i>
	<i>coronatum.</i>
	<i>cymosum.</i>
	<i>imbricatum.</i>
	<i>scabrum.</i>
	<i>patulum.</i>
Xeranthemum	<i>vestitum.</i>
	<i>proliferum.</i>

retortum.
spinosum.
sesamoides.
paniculatum.
Baccharis *tenuifolia.*
Senecio *hastatus.*
elegans.
halimifolius.
ilicifolius.
linifolius.
lanatus.
rigidus.
Aster *oppositifolius.*
fruticosus.
polifolius.
reflexus.
Inula *fœtida.*
Arnica *crocea.*
Gerbera.
afra.
coronopifolia.
Chrysanthemum *flosculosum.*
Cotula *coronopifolia.*
turbinata.
Anthemis *fruticosa.*
capensis.
bellidioides.
Achillea *inodora.*
POLYGAM. FRUSTRANEA.
Gortera *personata.*
POLYGAM. NECESSARIA.
Calendula *pluvialis.*
hybrida.
nudicaulis.

Arctotis *graminifolia.*
calendulacea.
tristis.
aspera.
angustifolia.
paradoxa.
Osteospermum *spinosum.*
ilicifolium.
moniliferum.
pififerum.
polygaloides.
Othonna *geifolia.*
bulbosa.
sonchifolia.
pectinata.
abrotanifolia.
coronopifolia.
cheirifolia.
dentata.
zaetis.
Eriocephalus *africanus.*
MONOGAMIA.
Seriphium *cinereum.*
plumosum.
fuscum.
Corymbium *africanum.*
Lobelia *pinifolia.*
paniculata.
Phyteuma.
Erinus.
Erinoides.
hirta.
lutea.
hirsuta.

coronopifolia.
tomofa.
cheiranthus.
bulbosa.

GYNANDRIA.

POLYANDRIA.

Grevia *occidentalis.*
 Calla *ethiopica.*

MONOECIA.

SYNGENESIA.

Bryonia *africana.*

DIOECIA.

TETRANDRIA.

Myrica *quercifolia.*
cordifolia.

HEXANDRIA.

Dioscorea *hirsuta.*

ENNEANDRIA.

Mercurialis *procumbens.*

DECANDRIA.

Kiggelaria *africana.*

POLYANDRIA.

Cliftortia *ilicifolia.*
ruscifolia.
polygonifolia.
trifoliata.

GYNANDRIA.

Clutia *pulchella.*
alternifolia.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

Anthospermum *ethiopicum.*
 Arctopus *echinatus.*

CRYPTOGAMIA.

Acrostichum *pectinatum.*
barbarum.
 Trichomanes *adiantoides.*
ethiopicus.
 Asplenium *Onopteris.*



*) 10 (*

DECANDRIA
K. K. K. K. K.
GYNANDRIA
POLYANDRIA

Till Herr AUCTOREN.

Natural Historien är en ibland de nyttigaste vetenskaper, som en Läkare bör äga. Framgång däruti vinnes ej utan oförtruten möda. J, min Herre, frambringen i liuset ett prof af Akademisk flit, at tjena den lärda verlden med naturaliernas beskrifning i långt aflägsna länder, hvilket förut ej varit påtänkt, mindre värfställt. Jag som har den åran räknas ibland Edra vänner, kan ej annat än tillkänna gifva min fågnad öfver Edra framsteg: önskandes det J vidare må rigta den lärda verlden med nya påfund, hållt jag hoppas at Dygden ej lämnar des idoga idkare olönt, och at jag får beständigt vara innesluten i Eder vänskap.

JOH. G. ACRELL.

K. K. 38
10-